



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

VIII. Historia incestæ consuetudinis Lothi cum filiabus, contine[n]s  
doctrina[m] de lapsib. sanctorum, & de discrimine lapsuu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

admoget manum suam aratro, & respicit à tergo,  
non est idoneus ad regnum Dei, hoc est, Qui semel  
reliquit impietatem, ac huius uitæ uoluptates ac  
commoda, & uerbum Dei fide amplexus est, postea  
autem imminentibus periculis, quæ fidem comitan-  
tur, poenitentia amissorum ductus, redit animo ad  
prioris uitæ suauitates, Is nunquam erit hæres Re-  
gni Dei.

Ita hoc loco Angelus Lotho præcipit, Ne respi-  
ciat à tergo, hoc est, ne afficiatur desiderio commo-  
dorum, quæ relinquit, sed in Deo acquiescat, & in  
proposito iuxta mandatum Dei suscepto constanter  
καὶ ἀμετασχέπτη perseueret. Qua uoce etiam no-  
no de Legibus Plato utitur. τὰς τὸν κακὸν σωθ=  
ίας φεύγε ἀμετασχέπτῃ.

Scribitur autem uxor Lothi uersa esse in statuam  
Salis, hoc est, in cumulum uel ingentem lapidem, qui  
ejet perpetuum punitæ incredulitatis testimonium,  
ut Nume. 18. Pactum Salis uocatur perpetuum &  
eternum.

### VIII.

## DE INCESTĀ consuetudine Lothi cum filiabus.

Diligenter discernenda sunt genera peccato-  
rum. Alij scientes & uolentes seu ἐκ πρωτότοκων  
& τις consulto

consultò & cogitato sceleribus indulgent, Alij n  
 ἐκ προαιρέσεως sed nolentes & ignorantes labo  
 tur, ut Loth in magno animi dolore & ingenti pa  
 turbatione cum largius bibisset, incesto concubis  
 polluitur, Item antea in perturbatione animi cap  
 consilium nimis honestum, uolens filias prostitutas  
 Sodomitis. Nam æger animus semper errat. Non  
 autem nos hi summorum uirorum lapsus de ingenio  
 nostræ naturæ infirmitate, & de emendanda san  
 tate, & deponenda fiducia nostri, & petenda con  
 pectanda gubernatione diuina.

Irenæus lib. 4. Allegoriam satis concinnam no  
 tat, uidelicet Semen æterni Patris, id est, λόγος  
 quæ facta sunt omnia, cōmixtum et unitum esse ple  
 mati suo, Per quam commixtionem duas Synagogas  
 Iudæorum & gentium, id est, duas filie fecundas  
 sunt, ut fructificarent ex patre filios uiuos sim  
 Deo.

## C A P V T

## XX.

## LOCI PRÆCIPVL

I. *De Exilijs Ecclesiae omnium  
 temporum.*